



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXVIII. Die Markgrafen Otto und Woldemar erlassen dem Lande
Gardelegen die Bede im J. 1305.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

zu Coln an der Sprew am freitag nach Margarete nach Cristi vnfers lieben herrn geburt tawsent vierhundert vnd Im Siben vnd newntzigsten Jaren.

Vnd Demutiglich gebeten denselben briue von newen zubestettigen vnd zu Confirmiren, das wir In anfehung Irer demutigen Bete getrewen gehorsamen dienst vns vnd vnser herschafft bisher ertzeigt vnd furder Zuthun erbotten, solche briue, wie der hir Ingeleibt sein, von newen Confirmiret vnd bestetigt haben. — Zu coln an der Sprew, am abend Johans Baptiste, Cristi geburt Tawsent funffhundert vnd darnach Im Eilfften Jare.

Nach dem Original im Stadtarchive zu Gardelegen.

CXVII. Die Markgrafen Otto und Konrad überlassen Bürgern zu Gardelegen Gerechtigkeiten, die sie in der Mühle vor dem Salzwedelschen Thore zu Lehn tragen, zum Besitze nach Stadtrecht, am 25. Juli 1290.

Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses etc. — Cum fideles nostri Burgenses in Gardelege Tidemannus Bodonis et suus filius Johannes pinguis nobis perfoluissent De septem choris annone et de duobus porcis impigwandis, sitis in molendino ante valuam versus soltweede, De quolibet frusto duro tres fertones argenti, prout Burgenses stendalenses pro bonis suis in feudatis nobis similiter perfoluerunt, Indulimus eidem et donauimus, Quod premisos septem choros et duos porcinos debeant ad jus Ciuitatis Gardelege quiete et pacifice possidere temporibus perpetuis, Ita quod nichil seruicij nobis de ipsis bonis facient nec vllam de ipsis nobis precariam omnibus modis vllatenus erogabunt, omnem obtinentes in ipsis bonis libertatem; quam predicti nostri Burgenses stendalenses in priuilegio, super Bonis suis in feudatis Edito, ostendere poterunt Euidenter. — Testes huius Rej sunt fideles nostri Dominus hinricus de wardenberge dapifer, Dominus Conradus de Redere, Dominus Gerardus de kercow, Dominus Burchardus niger de Irkesleue et Dominus Johannes prepositus de Widstoch. — Acta sunt hec Magdeburch anno dom. M^o CC^o LXXX^o, in festo sancti Jacoby apostolj, per manum Alwardi.

Nach dem Orig. im Stadtarchive zu Gardelegen.

CXVIII. Die Markgrafen Otto und Woldemar erlassen dem Lande Gardelegen die Bede im J. 1305.

Nos Otto et Woldemarus, dei gratia Brandenburgenses, Lufacie et de Landesberg marchiones, — Ad noticiam — uniuersorum — volumus presentibus pervenire, Quod Nos inopiam Terre nostre Gardeleghe — intuentes et defolationem ipsius ex corde dolentes, que eidem ingruerat Tum propter diversas gwerrarum Tempestates, quas per multa tempora agitavimus, Tum propter diversas preciarum siue exactionum angariationes, quas ab eadem terra Nos coegit hactenus extorquere. Proinde eidem succurere et subuenire volentes, habito super eo providorum nostrorum virorum maturo consilio, qualiter ipsam ad status possimus pristinos revocare, fecimus quod potuimus, et vendidimus fidelibus nostris eiusdem Terre incolis, videlicet militibus, famulis, armigeris et mercatoribus uniuersis Inibi bona pheodalia possidentibus, precariam siue exactionem terre eiusdem, Ita quod hec terra nostra Garde-

leghe debet esse libera ab omni precaria et exactione et a qualibet iniuria quocunque nomine censeatur perpetuis temporibus et exempta. Predicta quoque terra nostra non debet a Nobis seu ab advocatis nostris aut ab officialibus nostris quibuscunque aliquantulum molestari sive per hospitalitatem sive per alia gravamina seu per iniurias, per quas sepius hactenus indebite gravabatur. Bodellus quoque noster, qui aliquorum bona Incolarum ejusdem terre subintrabat, de cetero non intrabit eadem nec requiret ab ipsis ut fodiant vel sepes faciant vel aliqua nobis servicia faciant, ut pote nobis deseruire hactenus consueverunt. Et insuper ad nullam omnino volgiam extra advocaciam ejusdem terre erunt Nobis villo tempore obligati. Ab hiis enim et a quibuscunque iniuriis debet communitas predictae terre nostre esse libera in perpetuum et exempta. Preterea si Nos dividere una cum fratre nostro aut Patruelibus aut filiis nostris bona nostra contigerit, nullam eis prorsus partem omnium bonorum assignabimus, nisi prius ipsi Juramento prestito et fide data promittant, hec omnia suprascripta inviolabiliter perpetuo observare. — Testes hujus rei sunt nostri fideles Nycolaus de Buck et Hinricus de steghelitz Dapiferi, Conradus de Reder, Buffo albus et niger Buffo, Gherardus de irfleue, Gherardus de kerkowe, Hinricus de Rochowe, Thideko de Luderiz, Bertoldus pincerna et Hermannus de Gardelege milites. Acta sunt hec in villa Roghetz, Anno Domini M^o CCC^o quinto, In die Beati Bricii Episcopi et confessoris, per manum Everhardi nostre Curie Capellani et Notarii.

Nach dem Originale im Geh. Staats-Archive in Wolsbrück's Uvensl. I, 338.

CXIX. Vergleich des Rathes und des Pfarrers zu Gardelegen in Betreff eines in der dortigen Pfarrkirche zu errichtenden Altars, vom 10. Mai 1306.

Nos consules et Schabini Ciuitatis Gardeleghe Recognoscimus et tenore presencium puplice protestamur, Quod de scitu et consensu Illustrium principum Ottonis et Woldemari, Brandenburgensium Marchionum, Cum plebano nostro domino Petro de quodam altari in nostre Ciuitatis Ecclesia sancti Nycolay scilicet construendo placitauimus quemadmodum est subscriptum, Ita videlicet quod presbiter, qui dicto ministrabit altari, nullum jus parochiale aut officium ad plebanum pertinens sibi vendicabit, Sed solum missam cantet infra matutinum officium cum nota temporis congruente, Exceptis tantum diebus sollempnibus, In quibus dictus presbiter differet usque post sollempnis misse offertorium suam missam cantare. Si autem dicto presbitero placuerit dicere vespers aut vigiliis in dicta Ecclesia aut in dicta Ecclesia cimiterio, non separatim dicat, sed in choro cum sacerdotibus plebani, cum hoc magis expediat, dicere teneatur vel cantare. Item dictus sacerdos solis redditibus ad dictum altare assignatis contentus erit nec eos de obuencionibus parochie auementabit, Sed omnia, que sibi intuitu diuini officii presentata fuerint vel oblata puplice vel occulte, tenetur plebano integraliter presentare. Item si sepedictus presbiter modum aliquem excogitauerit, per quem videatur ledi aliquantulum parochia, Consules et Scabini, qui pro tempore illo presunt, cum eis hoc significatum fuerit, tenentur illud in melius reformare. Huius rei testes sunt Hinricus fames Ordinis predicatorum et frater Albertus Ordinis minorum, nostre Ciuitatis terminarii et Dominus Bartoldus pincerna et alii quam plures fide digni: et insuper in euidens testimonium presentes literas conscribi fecimus Sigillorum Reuerendi in cristo patris et domini nostri Alberti Haluerstadenfis Episcopi Necnon Incliti principis Domini